



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica xi. post pentecosten

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

pulo de cētū coris tritici, octoginta scribere fecit, q̄a resurrectionē Christi eū credere docuit. Gētilē uero de cēnario ad quinquagenarium uocauit, q̄a p̄ p̄nitentiā pristina mala illius corrigere, & deo appropinquare docuit. Et laudauit dñs uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, uidelicet Paulū apostolum, ex p̄secutore p̄dicatore factum, in doctrina & p̄dicatiōe magnificauit, dicens de illo ad Ananiā. Vade, quia uas electionis mihi est iste, ut **Act. 9.** portet nomē meū corā gentibus & regibus & filiis Israhel, impleta p̄phetia q̄ Iacob olim, cum bñ dice- **Gen. 49.** ret filios suos, p̄phetauit, dicēs: Benjamin lupus rapax, mane comedit p̄dā, & uespere diuidet spolia. De tribu autē Benjamin Paulus apostolus fuit, **Phil. 3.** ut ipse testatur. Qui uelut lupus rapax in p̄secutione Christianorū exarsit. Mane comedit p̄dā, q̄a in adolescētia ecclesiā dei p̄secutus est. Vespere diuisit spolia, q̄a postq̄ ad fidem Christi cōuersus est, eos q̄s de potestate diaboli uictor obtinuit, ad p̄dicandam fidem, quam prius persecutus fuerat, in diuersas nationes destinauit.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN, I. ad Corinthios xij.

Fratres, Scitis qm̄ cum gentes essetis &c.

**R**educitur ab Apostolo Corinthijs uitæ pristina cōuersatio in notitiā, ut ex eius consideratione crescant in nouam conuersationem: quoniam sicut gentiles uiuentes feruebant in mendacio & errore, quia illa cultura nihil erat, sic iam Christiani diuinis p̄ceptis cum feruore animi debebant obsequi. Gentes autem siue gentiles appellantur, qui ab errore patrum suorum,

in quo nascuntur, in religionem melioris uitę nō commutantur. Vnde & gens, quę sic manet ut genita est, uocatur. Hi sunt pagani, qui ad diuinum cultum non accedunt, quos gētes nunc appellat nō quod tunc temporis pagani essent, quādo ista dicebat, sed quod ante notitiam fidei fuerant. Hoc est quod ait. [Cum gētes effectis.] subauditur, iam non estis, Legitur & gens in bono, sicut est. Non tantum pro gente: sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum.

Ioh. 11.

Ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.] subauditur, eratis. Simulacra (quę a simulando dicuntur, eo quod simulent hominem, & non sit homo: equum, & non sit equus) cęteraq; huiusmodi idcirco muta appellantur, quia ut Psal mista ait, Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. neq; enim est spiritus in ore ipsorum. Siquod autem uerbū ab idolis auditur, dæmonum deceptioni & non simulacrorū insensibilitati ascribitur ad hęc adoranda tā a dæmonibus, quam etiā ab aruspibus & philosophis desipientibus impellebantur. Et est sensus: Sicut cū gētes effectis, dæmonū tēpla sine reluctatione, prout ducebamini, frequētabatis sic modo dum agimini spiritu sancto secundū sanā nostrā doctrinā, ad ecclēsiā dei accedite, & pceptis salutiferis cū omni humilitate obtemperare cōtendite. Et qđ dicit, [prout ducebamini,] ostendit eos tantā uenerationē exhibuisse simulacris, ut eorū cultum nequāq; abhorrent, a quibuscunq; hortarentur, monerentur, & ducerentur. ita nunc cōuertantur ad deū, diligentes Paulū & coapostolos eius, cum spernere nō debeant suę salutis amatores. [Ideo] subauditur,

Psal 115.  
& 134.

quia deum cognouistis & quia de spiritalibus mysterijs nolo uos ignorantes reddere,

notum uobis facio, q̄ nemo in spiritus sancto loquens, qui linguas infantium facit disertas, dicit anathema Iesu.

In decretis Iustini imperatoris, anathema separatus a deo uocatur. Legitur in canonibus, p̄ maledictione, legitur & pro occisione, sicut ipse Apostolus ait in epistola ad Romanos: Optabam ego anathema esse pro fratribus, id est, optabam interfici pro eis secundum carnem. Ponitur & pro abominauione, hic uero pro separatione ponitur. Itaque nullus spiritu dei afflatus, dicit ipsi Iesu: Tu es anathema: id est, separatus a deo patre & spiritu sancto, & aliqua parte inferior. Hoc quorundam hereticorum uesania insaniendo dicere non timuit: idcirco anathemate (i. separatiōe) a deo & ecclesia percussi sunt. In sacra scriptura dicere, aliquando p̄ simplici sermone accipitur, ut est: Non ois q̄ dicit mihi Dñe dñe, intrabit in regnū celorum. Aliquando autē p̄ ipso re & facto, sicut ait Ezechias rex ad Isalā: Non fuit uerbū, id est, res in domo, q̄d non ostenderem eis. Sic & in hoc loco, p̄ re & facto ponitur. Nemo, inquit, potest dicere, i. corde credere, cōfiteri & digna opa fidei exercere, Iesum diligendo dñm asserere, nisi spiritus sancti gratia fuerit intrinsecus edoctus. nam ille dicit Iesum dñm esse, qui credit eum patri & spiritus sancto coequalem & coomnipotentem: & hanc fidē confitetur, seruando p̄cepta illius, quibus uera dilectio comprobatur. Dicamus & hoc ipsum breuiter cum conclusione.

**Nemo potest dicere, dominus Iesus:**

Ro. 9.

Mat. 7.

Isa. 59.

subauditur, sicuti dicendus est corde, ore & opere nisi spiritu sancto fuerit illuminatus.

Divisiones uero gratiarum sunt, subauditur, non meritorum. [idem autem spūs,] subauditur, sanctus manet semper unus in omnibus & indiuisus. ¶ Notandū quod non ait, Diuisiones meritorum sunt, sed gratiarum: quia dona dei gratis dantur, nō humanis meritis tribuuntur. Vnde ait ad Romanos: Quis prior dedit ei, id est, deo fidem suam aut aliquid, & retribuetur ei? Spiritus namq; sanctus in se ipso unus idemq; manet, id est, immensus, indiuisus & inseparabilis cum patre & filio, sed dona illius diuisa sunt, quia non omnibus æqualiter conferuntur. Vnde fatendum est, quia cum deus per diuinitatis potentiam ubiq; sit, non tamen ubiq; per in habitationis gratiam: & in quibus habitat per gratiam, non æqualiter habitat. Sicut ergo mare immensum est, & aduenientes secundum capacitatem uasorum suorum & differentiam hauriunt, & non exinanitur mare neq; euacuatur: sic spiritus sanctus cum sit immensus, distribuit ipse iustis gratiam suam, secundum quod ipsi uidentur: ipse tamen omnipotens in immensitate sua perseuerat: & quātum uult, & cui uult, & quādo uult, & quomodo uult, dat: & nihil minus habet, quia extra se nulli erogat.

Et diuisiones ministracionum sunt, uerbi gratia, ut in episcopis, presbyteris, diaconibus, cæterisque ordinibus, qui spiritu sancto distribuyente, ecclesie ministri constituuntur, non per propriam hominis deliberationē, sed per spiritus sancti efficientiam. idem autem dominus, subaudi

Ro. ii.

tur, manet indiuisus in omnibus.

**Et diuisiones operationum sunt:**

quia alius operatur per spiritum sanctum maxima, alius mediocria, alius uero minima.

idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus.] Quem superius appellauit spiritum, modo uocat dominum & deum. Et item, idem dicendo, manifestat se loqui de spiritu sancto, sed non separat inde patrem & filium. quia quorum una est uirtus naturæ & substantia una, horum una est operatio indiuisa, quia uidelicet deus operatur omnia bona in omnibus, quibus uerbis tollitur humana arrogātia, cum sine spiritu sancto nec magna, nec minima bona operari possit nostra fragilitas. Al-  
¶ tius monet Apostolus, in trinitate nullos facien-  
 dos gradus, dum primum ponit spiritum sanctum, secundum deum Christum, tertio deum patrem: qui unus deus distribuit dona sua, manens in se indiuisus.  
 [Unicuique autem] subauditur, fidelium, datur manifestatio spiritus ad utilitatem, & illius uidelicet qui percipit donum spiritus sancti, & aliorum qui aut ab illo erudiuntur, aut exemplo illius in meliorem uitam instruuntur, & in laudem dei excitantur, sicut dominus monet: Mat. 5.  
 Ecce lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Manifestatio uero spiritus sancti, ipsum eius donum intelligitur, quod ipsi homini manifestat datum ad utilitatem suam, ut recte credat, sancte uiuat, & ut alij ex eo utilitatem percipiant. Siue manifestatio spiritus idcirco dicitur, quia ubicumque per dona sua fuerit, ilico per operationem

DD

iuſtitia manifeſtatur. Hinc ſcriptum eſt: Ignē ueni  
 Luc. 12. mittere in terram, & quid uolo niſi ut ardeat

[Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientie,  
 alij autem ſermo ſcientia ſecundum eundem  
 ſpiritum.] Modo incipit exponere diuiſiones gra-  
 tiarum ac miniſtrationum, quæ per ſpiritum ſan-  
 ctum dantur. Intelligitur ſapientia in uitandis ma-  
 lis & appetendis bonis: ſcientia uero, in diſponen-  
 dis ordinandisq; humanis. Eteim fundos ſiue agros  
 excolere, domum prudenter ædificare, familiam  
 competenter ordinare, ad ſcientiam uidetur perti-  
 nere. ¶ Aliter: Sapientia pertinet ad cognitionem  
 rerum æternarum, qua credimus deum trinitatem  
 habere in perſonis, unitatem in ſubſtantia: ſcientia  
 uero ad humanarum rerum, ſicut ſuprà diximus.  
 Siue ſapientia eſt, ſecundum Gregoriū, qñ quis ue-  
 teris & noui teſtamenti legerit uolumina, & intel-  
 ligit, & ad utilitatem aliorū exponit, ſicut Hiero-  
 nymus, Auguſtinus, Hilarius, & ipſe Gregorius.  
 Scientia autem, quando illorum expoſitiones le-  
 guntur, & intelliguntur, & ſecundum eas uetus te-  
 ſtamentum aut nouum traditur. Eſt etiam ſapientia,  
 quando abſtinet quis a prauo opere: ſcientia,  
 quando & a praua cogitatione. Itaq; ſiue ſapientiam  
 diuinarum, ſiue humanarum rerum habeamus,  
 non ex nobis ipſis, ſed ex dantis ſpiritus ſan-  
 cti gratia percipimus. Quod uero dicit, [ſecundum  
 eundem ſpiritum,] nihil eſt aliud, niſi diceret: Alij  
 datur ſermo ſcientia ſecundum uoluntatem eius-  
 dem ſpiritus ſancti, uel per eundem ſpiritum. [Al-  
 teri] ſubauditur, datur [fides in eodem ſpiritu.]  
 id eſt, per eundem ſpiritum. Dominus loquitur in  
 Ioh. 6. euangelio de perſona patris: Hoc eſt opus dei, ut  
 credatis in eum quem miſit ille. Et Apoſtolus ꝑ-

dem dicit dari per spiritum sanctum. Vnde datur intelligi, quia quod dat pater, per spiritum sanctum dat. Dat & ipse spiritus sanctus cum patre & filio, quia unius potestatis & operationis cum illis est. Fides ergo qua credimus in deum, & a patre & a filio & a spiritu sancto datur. nec est naturaliter in homine, sed a deo datur: quoniam si esset ab homine, omnes haberet fidem.

**Alij gratia sanitarum in uno spiritu.**

De gratia sanitarum dicit, quia sanantur infirmi uel aegri. [Alij operatio uirtutum] in eiciendis demonibus & parandis alijs miraculis. [Alij prophetia,] qua spiritu sancto repletus, futura praedicit, uel prophetarum libros exponit.

**Alij discretio spirituum.**

ut nouerit quis loquatur ex spiritu sancto, uel quis ex spiritu humano siue maligno, sicut loquebatur puella, quae magnum quaestum praestabat dominis suis de qua Paulus spiritum phitonicum expulit, & sicut loquebantur magi & incantatores. Actu. 16

**Alij genera linguarum.**

id est, uarietates sermonum, ut apostolis & credentibus in exordio fidei. alijs interpretatio sermonum, ut Hieronymo, qui diuinas scripturas ex Hebraeo in Latium transtulit. [Hae autem omnia] quae enumerauimus, & etiam plura operatur unus atque idem spiritus, ad utilitatem scilicet totius ecclesiae, in quo intelligitur pater & filius, quia inseparabilis est eorum operatio. [diuidens singulis] electorum dona sua, non tamen ipse diuisus. & [pro ut uult,] quia omnipotens est.

**DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN. Lucę XIX.**

DD. ij



In illo tempore Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu, Et reliqua.



**I**N huius lectionis serie dñs Iesus Christus utrā que suam naturam cōmendat, diuinam scilicet & humanam. Humanæ quippe naturæ indicium est, cum perituræ ciuitati usq; ad fletum compatitur: diuinæ, cum eidem ciuitati, que uentura erāt, ut deus prædicit. Quasi homo templum ingres-

sus est, sed quasi deus uenientes & euentes de illo eiecit, dicens: Domus mea domus orationis uocabitur. quantum autem de salute hominum gaudeat, quantum ue de eorū perditione doleat, in exordio hui⁹ lectionis demonstrat, cum perituram ciuitatem intuens, fleuit super illam, dicens: [Quia si cognouisses, & tu. Fleuit, non pulcritudinem domorum, non altitudinem turrium, non ædificia murorum, sed metaphoricè homines. Dicitur autē & a flente domino: [Quia si cognouisses, & tu,] ubi subaudiendum est, quia si cognouisses mala, quæ tibi imminēt, fleres, quæ modo, quia nescis cito peritura, exultas. Intenta enim solummodo in prosperitatibus, quæ præsentialiter ei affuebant, quod futurum erat, minime præuidebat. Vnde & a domino dicitur:

Ma. 2.

Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem sunt tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. ] Quasi enim in die sua pacem habebat, cū extollebatur in honoribus, gloriabatur in facultatibus, lætabatur in fecunditate prolis: & ideo periculum quod sibi uenturum erat, nullo modo agnoscebat. Quæ autem illi uentura essent, dominus breui sermone comprehendit, cum adiungit:

Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te & coangustabunt te undiq; , & ad terram prosterrent te & filios tuos q in te sunt, & non relinquēt in te lapidem super lapidem. ] Dies uētuos dicit, tribulationis & angustia, calamitatis & famis, obfidionis & mortis. Inimicos, Romanos nominat principes, qui eandem ciuitatem uallo circundantes, undiq; coangustauerunt, & eam ad terram prostrauerunt, & filios eius necauerunt. Quæ omnia, qualiter eidem ciuitati cōtigerint, Iosephus historiographus Hebræorum pleniter narrat. Sed propter simpliciores, qui fortassis præfati uiri historiam ignorant, ex multis pauca commemoranda sunt. Post domini enim ascensionem, post necem Iacobi, qui iustus est appellatus, Iudæorum populo in malitia perseuerante, suscitauit aduersus eos dominus duos Romanorum principes, Vespasianum scilicet & Titum, patrem & filium, iusto dei iudicio agere, ut qui patrem & filium negauerant, a patre & filio necarentur. Cumq; Iudæorum regionem Romanus uastaret exercitus, imminente solennitate Paschali, cucurrit omnis populus in ciuitatem quasi uir unus, iusto die iudicio exigente.

ut qui in Paschali solennitate Christum occiderat  
 in eadem solennitate obsidionibus circumdarentur.  
**N**am repente ab hostibus uallata est urbs, ita ut nul-  
 lus ingredi aut egredi posset, & tunc obsessa, quo  
 ad usque omnia quae secum ad edendum detulerant,  
 consumpta uiderentur. Quae autem extra ciuitate  
 reliquerat, omnia Romanus uastauerat exercitus.  
**L**onga ergo obsidione afflicti, multo grauius fa-  
 me interius, quam ab hostibus premebantur exte-  
 rius. Quod idem historiographus ostendit, cum di-  
 citur dixit & diuturnae famis inopia etiam delicata  
 uiscera aruisse intantum, ut nonnulli nec ab ipsis  
 calcamentis edendis se abstinuerint. Alii quisqui  
 lias foeni ueteris, & purgamenta frumenti dentibus  
 ruminanda tradebant. Nonnulli portarum iudu-  
 meta detrahebant, ut hoc saltem edulio famis in-  
 opiam temperarent. Si quis autem pro colligen-  
 dis herbis urbem egredi uoluisset, quasi quia ad Ro-  
 manos fugere uellet, tenebatur. Mense uero nul-  
 lus ex more apponere audebat, sed propria quasi  
 furtiua edebant. Nam quicquid ad uerecundiam  
 ues pudorem naturalem pertinet, in hac necessita-  
 te contemnebatur, quia hoc totum sibi uendicaue-  
 rat fames. Denique & mulieres de uirorum mani-  
 bus, & filii de parentum, & (quod infelicius est) ma-  
 tres a faucibus filiorum suorum cibos abstrahabant,  
**N**ulla senibus pro canitie reuerentia, nulla paru-  
 lis pro innocentia miseratio seruabatur, sed uerbe-  
 rabantur senes, si cibum occultare uoluissent. Spar-  
 si etiam crinibus mulieres per plateas trahebantur,  
 cibum celare tentantes. Iacebant autem per  
 plateas iuuenum corpora, magis fame quam aeta-  
 te consumpta. Sepelire autem mortuorum corpo-

ra, nec morientium multitudo, nec uirium debilitas permittebat. Multi enim, dum clarorum corpora sepelire uellent, spiritus emittebant. Cumq; fetor intolerabilis de mortuorum cadauerib<sup>9</sup> in ciuitate crescere cœpisset, extra muros eadem eiciebant. Et cum quadam die Titus, quē pater Romanam reuersus, in obsidione Hierosolymorum reliquerat, cum militibus urbem circuiret, uidens cadauera mortuorum pene muro ciuitatis æquari, cum ingenti gemitu eleuatis oculis in cælum, deum inuocat testem, hoc suum opus non esse. Conuersusq; militibus ait: Arbitror, quasi ab hac pestilentia urbis paululum Romanus recessisset exercitus, aut aquis diluuij necarentur, aut Sodomitanis ignibus cremarētur, aut certe hiatus terrę aberberentur. Et cum in proximo recessurus esset, iterum aduersus ciuitatem conforrat milites, custodias munit, armat exercitum, & super hæc omnia mala, prædones ex ipsis uiris consurrexerant, qui ab ipsis faucibus (ut ita dixerim) cibos rapiebant. Et si cuiuspiã fores clausas uidissent, indicium esse credebant, quod intus positi ederent: & repente contractis foribus insilientes, quicquid inuenire poterant, rapiebant. Sed quia longum est enumerare omnia mala quæ Iudæis pro effusione dñici sanguinis contigerunt, qualiter eadem ciuitas capta sit, breuiter commemorandum uidetur. Erat enim quedam mulier Maria nomine, Eleazari filia, nobilis genere, facultatibus diues: hæc cum cætera multitudine ad diem festũ cõuenerat, cumq; diuturna obsidione omnia quæ secum detulerat consumpsisset, & iam delicata uiscera fames torqueret, contra ipsam agitur naturam. Erat et

sub huberibus paruulo filius, hunc ante oculos suos constituens, ait: Infelicissima mater, o infelicio filii, in bello, fame & direptione prædonum, cui te reseruabo? Nam & si uita sperari posset, iugo rami Romanæ seruitutis urgemur. Veni ergo o mimate, esto matribus seculi fabula, prædonibus furor. Et hæc dicens, filium iugulat, partem igne torrens comedit, & partem in posterum reseruauit. Cumq; ob odorẽ adustæ carnis prædones ex more affuissent, mortem minari cœperunt, nisi quos abscoederat, ostenderet cibos. At illa truculento uultu ex ipsis prædonibus tristior, partem, ait, optimam uobis reseruauit. Et hæc dicens, membra quæ supererant detexit infantis. Cumq; prædones stupefacti tñ facinus pertimuisent, ait: Meus est partus, meus filius, meus est cibus & facinus, mecum edite. Nam ego prior comedi, quæ genui. Nolite esse aut matre religiosiores, aut scæmina molliores. Quod si uos pietas uincit, execramini meos cibos. Ego quæ talibus pasta sum, ego his iterũ pascar. At illi dolentes, quod miserę matri ex omnibus facultatibus hoc solummodo reliquissent, perpetratum facinus nunciauerunt urbi. Factus est clamor magnus in ciuitate dolentium atq; lugentiũ, & in ipso clamore apertis portis, ingressus est Titus cū Romano exercitu, alios gladio trucidauit, alios igni combussit, iuuenes quoq; in captiuitatẽ destinauit. Ipsam uero urbẽ a fundamentis ita destruxit, ut iuxta domini uocem, nõ relinqueretur in ea lapis super lapidem. In cuius destructiõ impletum est, quod dñs olim figurate per Iezechiẽ prophetam prædixerat, dicens: Et tu fili hominis, sume tibi gladiũ acutum, radentem pilos, & duces

Iezech. 5

eum per caput tuum & barbam, & tertiam partē igni combures, & tertiam partē gladio concides, tertiam uero partem inuentum disperges, & euaginabo gladium meum post eos. Concordat autē huius historiographi descriptio cum uerbis saluatoris, qui cum mœnia ciuitatis uidisset, ait: Cū uideritis ciuitatem hanc ab exercitu circūdari, scitote quia prope est desolatio eius. Tunc qui in iudæa sunt, fugiant in montes. Vx autem prægnātibus & nutriciōibus in illis diebus. Et alibi legimus, quā cū discipuli ostendissent ei ædificia ciuitatis, dixit: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur lapis super lapidem, qui nō destruat. Ex qua autem causa ruina prædictæ ciuitati contigerit, dominus manifestat, cum adiungit:

Luc. 21.

Mat. 24.

**Eo quod non cognoueris tempus uisitatiōis tuæ.]** Hanc quippe dominus per incarnationis suæ mysteriū uisitauit, quādo excelsus deus humilis homo inter homines apparens, multa signa & miracula ostēdit. Quam uisitacionem optabat uidere, quod dicebat: Memento nostri domine in benedictione tua, uisita nos in salutari tuo. Hanc etiam in proximo prospexerat, qui aiebat: Benedictus dñs deus israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Sed tempus uisitacionis suæ superba ciuitas non cognouit, quia quem hominem uidit, deum credere despexit. Ad cuius duritiam incredulitatis conuincendam, etiam aues cæli in testimonium deducuntur, cum per prophetam dicitur. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduētus sui, populus autē meus nō cognouit iudicium dñi. Et iterū: Cognouit bos possessorem

Psal. 105

Luc. 1.

Iere 8.

Isa. 1.

suum, & asinus praesepe domini, Israel autem me  
 non cognouit, populus meus me non intellexit. Nec  
 solum modo per praesentiam suae incarnationis eam  
 uisitauit, sed post suam ascensionem multa signa  
 & portenta, ut eorum cor ad poenitentiam emolli  
 ret, ostendit. Nam ut idem historiographus refert,  
 cum quondam festiuitatem celebrarent, subito com  
 motione facta in populo Iudeorum, triginta mil  
 lia ex eis se mutuo interfecerunt, nocte uero qua  
 dam seratempli domini, quae uix a uiginti uiris mo  
 ueri poterat, sponte reuerata est. Die quadam uitu  
 la sacrificijs adnota, enixa est agnam. Media namque  
 nocte ita lux in templo clara refulsit, ut a nonnul  
 lis media dies esse putaretur. Quod cernentes igna  
 ri, aestimabant sibi prospera esse uentura. Sed sapi  
 entes minime latuit interitum ciuitatis significari.  
 In die quoque sancto Pentecostes, sacerdotibus sa  
 crificia offerentibus, auditae sunt uoces in templo  
 dicentium: Transeamus ex his sedibus. Duobus au  
 tem annis ante obsidionem, cum ad celebrandam  
 quondam festiuitatem Hierosolymis conuenissent,  
 quidam Ananiae filius, nomine Iesus, repletus spiritu  
 clamare cepit: Vox ab oriente, uox ab occiden  
 te, uox a quatuor uentis seculi, uox super Hieroso  
 lymam & templum, uox super sponsos & sponsas.  
 Cumque uerberibus hunc compescere uellent, ma  
 gis ac magis clamabat. Et cum inter manus flagella  
 tum spiritum exhalaret, ait: Vae uero Hierosolymis. Stella  
 quoque per omnia gladio similis, per integrum annum super  
 Hierosolymam perpediit, interitum ciuitatis indicans.  
 Et currus igneus, & equi ignei uisi sunt per aera ferri, &  
 multa alia misericors dominus, ut eorum cor ad poenitenti  
 am prouocaret, ostendere dignatus est. Sed illis secun

dum duritiam & impœnitens cor thesaurizantibus  
 iram sibi in die iræ, missis exercitibus suis, perdi- **Ro. 2.**  
 dit homicidas illos, & eorum ciuitatem succen-  
 dit. Quorum interitus etiam in libris Regum pre-  
 figuratus est, quod Eliseo ascendente de Galgalis;  
 pueri paruuli illudebant ei, dicentes: Ascende cal- **Re. 24.**  
 ue, ascende calue. At ille maledixit eos in nomine  
 domini, & statim egressi sunt duo ursi de saltu, &  
 deuorauerunt ex illis quædraginta duos pueros. Eli-  
 seus enim figurâ dñi tenuit. Qui cum in caluarie  
 loco crucifixus esset, pueriliter illulerunt ei Iudei, **Mat. 27.**  
 dicentes: Si filius dei est, descendat de cruce, & cre- **Ibid.**  
 dimus ei. Et iterum: Flectetes genua, dixerunt: Aue  
 rex Iudæorum. Sed illis credere nolentibus, post  
 quadraginta duos annos egressi sunt duo ursi de  
 syluis gentium, Vespasianus s. & Titus, qui eundẽ  
 populum uarijs cladibus dilaniauerunt intantum,  
 ut idẽ historiographus cõmemoret undecies cẽte-  
 na millia in obsidiõẽ ciuitatis esse mortua, cẽtum  
 quoq; millia iuuenum in captiuitate esse dispersa.

**Et ingressus in templũ, cœpit eijcere uen-**  
 dentes & ementes de illo. Cum dñs ruinam ciui-  
 tatis prædixit, & ingressus in templũ, uendẽtes &  
 ementes de illo eiecit, ostendit quia maxime ruina  
 tẽpli ex culpa sacerdotũ uenit. Ipsi nanq; q in po-  
 pulo doctores & ductores esse debuerant in bo-  
 nũ exemplũ, facti sunt in malum. Ad hoc em in tem-  
 plo residebãt, ut eos q munera dabãt, uanis fauo-  
 ribus exrollerẽt: & q dare nolebãt, uarijs modis af-  
 fligerẽt. Auaritiã quoq; suã consulentes, quoddã  
 ingeniolũ inuenerãt, & filijs Israel de longinquo  
 uenientibus persuadebãt, ne secũ hostias deferrẽt,  
 ut ab illis carius emerẽt, quod in templo dei offer-



sent. Et ob hanc causam, ut alij euangelistæ testantur, oues & boues & columbæ in templo domini uendebantur. Neq; enim ea, quæ domino oblata erant, iuxta ritum legis sacrificabant, sed alijs atq; alijs uenundabāt. Et ut omnem occasionē nō habētibus auferrent, nummularios cū ære in tēplo p̄paratos habebant, & ideo domū orationis speluncā latronum fecerunt. Sed dñs ingressus tēplum, uidentes & ementes de illo cœpit eijcere, dicens:

Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et his factis, [erat quotidie docens in tēplo.]

**Isa. 39.**

Sed quod ad destructionem uisibilis ciuitatis pertinere diximus, potest moraliter & ad periturā animā referri, fleuit enim dñs p̄ semetipsum piturā ciuitatē, deflet q̄tidie p̄ doctores, eos qui de bono opere labuntur in malum. Frequenter namq; doctores ecclesiæ eos, quos admonendo corrigere nō possunt, qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, condolentes deflent, sicut faciebat Paulus apostolus, qui lapsam discipulorum suorum flebat, quando dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. uellē apud uos esse modo, & mutare uocem meam, quoniam cōfundar in uobis. Et iterum: Lugeo multos ex his q̄ añ peccauerunt. Cōuenit autem pituræ animæ, quod a flente dño dicitur: [Quia si cognouisses, & tu.] Si enim mala q̄ reprobis parata sunt, cognosceret, si æterni supplicij pœnas ante mentis oculos reduceret, non se falsa securitate deciperet, sed potius secum electorum lachrymis defleret. Sed dum exultat in p̄speris, gaudet in honoribus, letatur in facultatib;

**Pro. 2.**

**Gal. 4.**

**1:Cor. 12**

ipsa prosperitas transeuntis uite, ante mentis oculos mala abscondit futuræ pœnæ. Vnde & bñ dicitur: [Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.] Quasi enim suam diem infelix aia habet, dum in mundi facultatibus totam spem suam collocat, ac p hoc scandalum in die iudicij patietur. Non præuidet siquidem futuram tribulationem, quia excæcat oculos cordis amor terrenus: quoniam sicut puluis oculos corporeos excæcat, ne clare uidere possint, ita amor huius seculi & p̄sentes diuitiæ oculum mentis, ne futurum iudicium ualeat cauere. Talis erat ille diues, qui dicebat in corde suo: De-

Luc. 12.

struam horrea mea, & maiora horum ædificabo, & dicam animæ meæ: Anima, multa bona habes reposita per annos plurimos, epulare ergo & gaude.

Hunc diem pro nihilo ducebat ille eximius p̄pheta Ieremias, qui dicebat: Diem hominis nō concu-

Ierem. 17.

piui. Et Paulus apostolus hanc contempserat, cū discipulis suis atebat: Mihi autē pro minimo est ut

a uobis iudicer aut ab humano die. Quid autē ma-

1. Cor. 4

litorpenti animæ uenturum sit, manifestatur cum

subditur: [Quia ueniēt dies in te, & circ. te in it. t. u. & cir. te, & coangustabūt te undiq; & ad terrā, p-

sternent te, & filios tuos q̄ in te sunt.] Dies tribulationis miseræ animæ ueniunt, q̄do dolore mortis

constringitur, q̄ in præsentī uita male gaudebat, & tunc incipiet secum rixari & dicere: Quare in

malis operibus memetipsam dilataui? Quare ex p̄teritis peccatis pœnitentiam non egi? Cur in bonis operibus memetipsam non exercui? Tunc in-

quam incipiet pœnitere, cum nullus fructus pœnitentiæ remanebit, sed sola districtio uindictæ. Inimi-

ci uero eius nulli peiores, quam immundi spiritus sunt, de quibus se eripi cupiebat Psalmista cum dicebat: Eripe me de inimicis meis deus meus, & eripe me de operantibus iniquitatem. Quam uallo

**Pal. 58.**

circundant, & undique coangustant, quando egrediente anima a corpore, mala quæ commisit enumerant, & ipsos habet exactores in pœna, quos habuit persuasores in culpa. Tunc em̄ infelix anima consternitur ad terram, quando a carne, quæ terra & cinis est, soluta, ad pœnam ducitur. uel quod quid uirtutis se habere putat, amittit. Filios, aliquando bonas, aliquando malas cogitationes accipimus. De bonis legitur, Et uideas filios filiorum tuorum: de malis autem hic dicitur, [Et ad

**Psa. 127**

terram prosternent te.] Valde autem terribile est quod subinfertur: [Et non relinquent in te lapidem super lapidem.] In destructione enim ciuitatis, lapis super lapidem non relinquitur, quia in dānatione peruersæ animæ, nō solū de malis operibus, sed etiā de peruersis cogitatiōibus ratio exigetur. Et ideo necesse est, ut dū in hoc seculo sumus & uiuimus, & nobis uacat, nō solū a malis abstinemus, sed etiā bonum in omnibus operari studeamus. Ante omnia autē diē mortis ante oculos ponamus, q̄a facile contēnit omnia, qui se semper cogitat moriturū. Vñ Salomon horratur, dicens: In

**Ecc. 7.**

omnibus operibus tuis memorare nouissima tua.

**Ecc. 11.**

**Ecc. 9.**

Et iterum: In die malorum ne immemoris bonorum. Et quodcumq; potest manus tua facere, instanter operare: Hinc pius dñs, quia hic patienter expectat, & districtē nos in iudicio iudicabit, si cōuersi nō fuerimus, nos admonere dignatus est, cū dixit: Currite dū lucē uitæ habetis, ne tenebræ uos com-

**Ioh. 12.**

POST PENTECOSTEN. 49

prehendant. Et item. Concorda cum aduersario  
 tuo Et Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile. ec-  
 ce nunc dies salutis. Cur autem infelici animae hae  
 mala contigerint, manifestatur cum dicitur: [Eo quod  
 non cognoueris tempus uisitationis tuae.] Tempus  
 uisitationis in presenti est uita ubi nos deus omnipotens  
 uariis modis uisitare dignatur, aliquando admonendo  
 leniter, aliquando minando terribiliter, aliquando pro-  
 speris, aliquando aduersis. Sed tempus uisitationis  
 suae peruersa anima non cognoscit, quando nec in  
 prosperis humilitatem, nec in aduersis seruat patientiam  
 quia nec peccata perpetrare metuit, nec perpe-  
 trata sceleribus punit. Quod autem subiungitur, [Et  
 ingressus in templum, cepit eiecere uendentes &  
 ementes de illo.] hoc quotidie in ecclesia fieri cer-  
 nitur. Templum dei spiritualiter, ecclesia est, quae  
 domus orationis dici potest, dum quotidie deo mun-  
 das orationes offerre non cessat, dicens cum Psal-  
 mista: Dirigatur oratio mea sicut incensum in con-  
 spectu tuo. Qui enim spiritualia dona quae gratis ac-  
 ceperunt, aut propter praemium, aut propter tem-  
 poralem laudem tribuunt, uenditores sunt. In quibus  
 autem maxime hoc negotium fiat, alius euangeli-  
 sta manifestare curauit, dicens quod in templo oues  
 & boues & columbae uendebantur. Per bouem  
 & asinum significantur, domino dicente ad Moy-  
 sen: Non arabis in boue simul & asino, hoc est, no-  
 li coniungere in seruatione siue doctrina pruden-  
 tem cum stulto. Et iterum: Non alligabis os boui  
 trituranti. Quod exponens Paulus apostolus, ait: 1. Cor. 9.  
 Nunquid de bobus cura est domino? Non. Sed pro  
 Ibidem  
 ter nos haec scripta sunt. Quicumque ergo uerbum  
 dei ideo in ecclesia praedicat, ut solummodo hu-

Mat. 23.  
2. Cor. 6

Psa. 140

Deu. 22:

1. Cor. 9.  
Ibidem

- manam gloriã aut temporale præmium accipiat, quasi bouem uenalem in templo minat. ¶ Per ouem mitissimum animal, innocentia designatur, Et qui deo sanctitatem uel innocentiam, ut ab hominibus laudetur ostendit, quasi ouem uenalem in tēplo inducit. De quibus dominus dicit: Omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Et alibi. Amen dico uobis, receperunt mercedē suā.
- Mat. 23.** ¶ Per columbã uero spūs sancti gratia figuratur. quod ipse manifestari dignatus est, quando super baptizatum dominum in specie columbe apparuit. Igitur quicumq; gradum ecclesiasticum, aut manus impositionem, p quam spiritum sanctum credimus dari, ideo tribuit, ut temporale lucrum acquirat, quasi columbam uenalem in templo portat, id est, in ecclesia, non considerans illud quod dominus ait: Gratis accepistis, gratis date. De quibus scriptum est: Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiūt. Et item: Non accipias in iudicio personam pauperis, quia munera excaecant oculos sapientium, & uerba rectorum subuertunt. Tales em̄ dominus a templo suo eiecit, quia quanuis in præsentī seculo corpore ecclesie coniuncti uideantur, tamen in die iudicij ab ecclesia separabuntur, quãdo illis dicitur: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Non solum dominus uendentes de templo eiecit, sed etiã ementes: quia non solum illi rei sunt, & ab ecclesia alieni, qui spiritalia dona uendunt, sed etiã qui emunt, quod carius uendere possint. Vnde magna & sancta synodus decreuit, etiã laicum, si in huiusmodi negocijs mediator fuerit, ab ecclesia alienū se-

ri. Tales domum dei speluncam latronum faciunt, quia in eo quod spiritalia dona uendunt, abominabilem fructum faciunt. De quibus ait saluator: Qui nō intrat per ostiū in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Quod uero subiungit, [ Et erat docens quotidie in templo, ] hoc semper agit in ecclesia spiritaliter, quod tunc per semetipsum fecit corporaliter. Ipse enim in templo docet, cum exterius per prædicatores doctrinam format, & interius cor auditoris illustrat.

Ioh. 10.

## DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN, I. ad Corinthios XV.

**F**Ratres, Notū uobis facio, ] id est, ad memoriam uobis reduco [ euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per qd & saluamini. ] Fuerat Apostolus apud Corinthios per annum unum & sex menses, prædicans illis euangelium, sed post eius discessum introierunt in eos pseudo apostoli, q negabāt Christum ex uirgine natum, passum, a mortuis suscitatum, negabant quoq; resurrectionem generalem futuram. Idcirco compulsus Apostolus, recapitulat que illos præsens docuerat. Vnde dicit: Notum uobis facio euangelium, quod accepistis siue suscepistis a me, uel acceptum habuistis, in quo & statis. In unaquaq; plebe fideli duo sunt populi, perfecti & imperfecti. Sed hic perfectos in fide alloquitur, iterum contra imperfectos subiungit:

Qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

Literatura huius uersiculi minus quiddā sensus uidetur habere in Latino, quia pulchrius sonat in

EE